libenter vices nostras impartimur illaqꝫ
ut illibata persistant auctoritatis muni,
mine roboramus. Exhibita nobis nuper
pro parte nostra petitio continebat quod
Dns Wladislaus Hungarie et Bohemie
Rex Illustris provide attendens quod
plerumque nonnulli ex nobis non sine frau.
de et dolo ac sinistra circumventione
ad testandum solenitatibus ad hoc requi
sitis minime adhibitis ab aliquibus
inducuntur in heredum et legittime
Succedentium non modicum preiudicium
Et quod peius est quedam tam ecclesiastice
quam seculares persone se ab ipsis testan
tibus in testamentorum seu ultimarum
voluntatum eorundem executores deputari
procurant Et postmodum executionem
testamentorum hujusmodi facere recusant
et testamenta occultant ex quibus varie
lites rixe et controversie sepius oriuntur
et oriri formidantur in rei publice iacturam
et grave dampnum Volens ipse Rex frau
dibus et dolis, hujusmodi periculisqꝫ ani
marum obviare ac futuras lites rixas